

Victorini uersus
DE LEGE DOMINI.

Ein mediierter Cento
aus dem Carmen aduersus Marcionitas.

Herausgegeben

von

A. Oxé,

Dr. phil.

Wissenschaftliche Beilage zu dem Programm des Gymnasiums zu Crefeld,
Ostern 1894.



CREFELD.

Buchdruckerei von Kramer & Baum,
1894.

Noch immer ist die Handschrift des *Carmen adversus Marcionitas* nicht wiedergefunden. Doch sind seit dem Erscheinen meiner Prolegomena zwei handschriftliche Entdeckungen gemacht worden, welche die Textkritik dieses Gedichtes wesentlich fördern. Erstens hat sich bei einer neuen Collation des *Carmen Victorini de natiuitate, uita, passione et resurrectione domini* (Cod. Vat. 582 fol. 63–66), welches etwa 20 Verse aus dem C. a. M. enthält, herausgestellt, dass die von Ang. Mai (Auct. class. tom. V. p. 382) besorgte Ausgabe ungenau und gewaltsam entstellt ist.¹⁾ Zweitens hat sich bei dieser Gelegenheit in ebendenselben Codex (fol. 58–63) ein bis jetzt unbekanntes Gedicht desselben Victorinus gefunden, *Victorini uersus de lege domini nostri Jesu Christi*, welches eng mit dem vorigen verbunden ist und etwa 150 Verse aus dem C. a. M. entnommen hat. W. Brandes (Braunschweig) hat in den Wien. Stud. XII. 1890. pag. 310 die ersten Proben daraus gegeben an der Hand einer Abschrift, die er mir mit grösster Liebenswürdigkeit übersandte und die ich im folgenden zu Grunde lege. „Beide Gedichte“, sagt Brandes, „gehören inhaltlich zusammen; das erste (De lege) behandelt das alte, das zweite (De natiuitate) das neue Testament, jenes enthält in einer Erzählung die Vorbereitung und Verheissung des Heils, dieses die Erfüllung.“

Vorliegende Arbeit, eine Vorstudie zur Herausgabe des C. a. M. im Corpus script. eccles. latin., soll vor allem den Wert des neugefundenen Cento in das richtige Licht stellen. Zuvörderst bringe ich deshalb den Text; darunter in erster Linie die einsehlägigen Bibelstellen nach dem Texte der Vulgata, in zweiter Linie die abweichenden Lesungen. In den drei folgenden Untersuchungen sind zunächst (I.) diejenigen Versehen und Mängel des Cento zusammengestellt, an welchen die Abschreiber schuld sind; darauf (II.) werden diejenigen Verse besprochen, welche, nicht dem C. a. M. entnommen, als Eigentum des Compilers erscheinen; endlich (III.) werden die Verse eingehender besprochen, welche Eigentum des alten Dichters des C. a. M. sind, und ihre handschriftliche Überlieferung wird mit ihrer Wiedergabe bei Fabricius (*Poetarum ueterum eccles. opera*. 1564. Basileae) in Parallele gestellt. Diese Parallele, der wichtigste Teil der Untersuchung, beweist schlagend, wie rücksichtslos und gewaltsam Fabricius den ihm überlieferten Text geändert hat in der leidigen Sucht, unklassisches Latein in klassisches zu verwandeln.

Ist es nun auf der einen Seite recht betrübend zu sehen, wie sehr das C. a. M. von Fabricius entstellt worden ist, so muss es doch andererseits den Forscher mit Freude erfüllen, dass die Textkritik dieses eigentümlichen Gedichtes durch den Fund des Cento in neue und sichere Bahnen geleitet worden ist. Erweist sich doch z. B. die seltsame einsilbige Aussprache der Wörter *dei, deo, duo, dies, suo, pio* usw.²⁾ als eitles Hirngespinnst des Fabricius.

¹⁾ Die von mir in den Prolog. p. 45 vorgeschlagene Conjectur *in uino uertuntur aquae* findet z. B. ihre handschriftliche Bestätigung, während Mai (v. 62) und Fabricius (C. a. M. I, 49) *in uinum u. a.* bieten.

²⁾ Vgl. Proleg. pag. 18.

Notarum index.

V =. codex Vaticanus 582 fol. 58 sq.

F = Georgii Fabricii Chemnicensis poetarum veterum ecclesiasticorum
opera christiana. Basileae. per Joannem Oporinum. 1564. 4^o.

c. a. M. = carmen aduersus Marcionitas.

Proleg. = Prolegomena de carmine adu. Marc. scripsit A. Oxé.
Lipsiae, apud Gust. Fock. 1888.

() uncis curuatis inclusi, quae addenda censui.

[] uncis quadratis inclusi, quae delenda censui.

In *marginè dextro* notauit, qui sit uersuum numerus in c. a. M.

Versus Victorini

(de lege domini nostri Iesu Christi).

	Carm. adu. Marc.
Solut in antiquo fulgebat clara potestas,	IV, 25
sideribus caeli totum qui luminat orbem,	I, 133
uerum qui Christum misit renouare salutem.	I, 181
hunc lex esse deum populo monstrauerat unum:	IV, 26
5. unum [hunc] esse patrem, a quo sunt omnia facta,	IV, 32
atque unum Christum, per quem deus omnia fecit.	IV, 33
de domino dominus, lumen de lumine natus,	V, 206 et V, 199. IV, 29
filius ipse dei, carissimus ipse minister.	V, 204
Hic fecit fluiuium de fonte manare perenni,	II, 38
10. qui [tot] fluit in partes, ut uenti, [in] quattuor orbis.	II, 40
fudit aquas in agros, fontis sapor et color unus.	II, 41
hic regem terris (hominem) suo plasmate fecit,	
quem dominatorem uoluit his omnibus esse.	
profinus illicitum uetuit confingere pomum,	de ind. dom. 61
15. unde malum sciret, unde dinosceret aequum.	de ind. dom. 60
angelus hunc refuga coepit nudare salute[m].	
Adam, parua fide, nimium [qui] abducitur, alto	
fallitur ingenio mendacia uerba secutus.	

5. I. Cor. 8,6. Nobis tamen unus deus et pater, ex quo omnia et nos in illum, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. — 10. Gen. 2,10. Et fluiuis egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quattuor capita. — 12. Gen. 1,26. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et praesit piscibus maris etc. — 14. Gen. 2,17. De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas. Gen. 3,3. ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

Versus Victorini V *in margine litteris rubris uicialibus*, de lege d. n. I. Chr. *addidi ex subscriptione carminis*. — 1. clauo V. Solus perpetuus deus est, immensa potestas F. — 2. sideribus coelum totumque illuminat orbem F. — 3. Christum V dominum F, salutem V ruinam F. — 4. populo F. — 5. a quo V, per quem F. ex quo *ego olim Proleg. pag. 8.* — 9. discite de fonte fluiuium F. perennem V et F. *cf. c. a. M. V. 206.* — 10. tot *quod superscriptum est, inclusi, in inclusi, exit et in terram uentosque in quatuor orbis F.* — 11. fundit in agros aquas V. tot fluit in partes, fontis color et sapor unus F. — 12. hominem *Brandes iam addidit.* — 15. unde dinosceret V pariter dinosceret F pariter dinoscere et *Oehler cum Rivino.* — 16. ponitate salutem V, angelus hunc refuga cepit, ruit atque salutem *ego olim conieci.* — 17. *uersuum series turbata uidetur, series haec ueri similis est: 16. 21. 22. 23. 17. 18. 19. 20.*

- pestifer hinc uario suscepit nomine serpens,
 20. uipereus coluber, diros portare triumphos,
 uicit uicta uirum, gaudet portando uenenum:
 ipsa prior natis concepit femina mortem.
 consilium placuit, tegimen caeleste reliquit. II, 111
- Corpore dissimiles Cain Abelque benignus
 25. atque animo fratres uaria sic munera summo
 obtulerant (domino) deo lac atque hordea ruris.
 sed quia iustus (erat) Abel meliorque probatus
 inuiditque malus, ut frater dignior esset,
 propterea gratus pastor pecudumque magister III, 11
30. fraternae cecidit primus uiolentia dextrae. III, 15
 Hic Enoe insignis refugarum [ut] turba latronum; III, 16 et 18
 sacrilegum genus (ut) fugeret crudele gigantum, III, 19
 translatus magno pignus seruatur honore. III, 22
- Reddidit ergo deus gnatis peccata parentum IV, 13
 35. diluuique necans, facinus ne cresceret ultra, IV, 11 et 51
 extinxit subolem patrum peccata sequentem. IV, 52
 perfectus Noë solus sine culpa repertus, III, 23
 bis quinquagenis annis qui texuit arcam, III, 25
 promeruit tantum ereptus mortis ab undis III, 27
40. cumque sua prole seruatur in altera gente. III, 28

19 et 20. Gen. 3,14 et 15. — 21. Gen. 3,6. — 23. Gen. 3,7 et 21. — 25. Gen. 1,2 sq. Fuit autem Abel pastor ouium et Cain agricola. 3. factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera domino. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum. — 27. Hebr. 11,4. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus. Matth. 23,35. Abel iustus. — 30. Gen. 4,8. — 31. Gen. 5,24. Hebr. 11,5. Fide Henoch translatus est, ne uideret mortem, et non inueniebatur, quia transtulit eum deus; ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. Eccli. 44,16. Henoch placuit deo et translatus est in paradysum, ut det gentibus poenitentiam. — 37. Gen. 6,8 et 9. Hebr. 11,7. Eccli. 44,17. Noe inuentus est perfectus, iustus; et in tempore iracundiae factus est reconciliatio. 18. ideo dimissum est reliquum terrae, cum factum est diluuium. 19. testamenta saeculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuiio omnis caro. — 38. cf. Gen. 5,32 et 6,10—14 et 7,11.

20. portando V *ex uersu sequenti, desideramus portare, referre uel similem infinitiuom.* — 23. consilio F, tegmen F. — 24. dissimilis V. — 26. obtulere deo lac adque hordea ruris V. — 27. erat *Brandes iam addidit.* — 29. huius Abel iustus pastor pecudumque magister F. — 30. fraternae c. prima u. dextra V, fraternae occidit quem olim uiolentia dextra F. — 31. III,16 huius Enoe insigne decus de corpore membrum F. III,18 dum furit in terris refugarum turba latronum F. — 32. ut *inserui ex uersu superiore et ex Fabricii textu.* — 33. translatus F. — 34. gnatis] gratis F, parentum] paterna F. — 35. IV,44 in cataclysmo enecans pariter cum prole parentes F, IV,51 auctores sceleris, facinus ne cresceret ultra F. — 36. sequentur V, subolemque p. p. sequentum F. — 37. perfectus laude et sine culpa Noa repertus F. — 38. contexit V, arcam qui texuit annis F. quinquagenis V. — 39. tantis F. — 40. et cum prole sua seruatur. Gente sequente F.

	Hic Abraham magnus animo iustusque bonusque, (qui) primus genere patria [et] genitore relicto [respiciens caelum credidit esse deum] uoce dei suasus secessit in extera terra,	Carm. adu. Marc. III, 29 et I, 134 III, 30
45.	tanta fide meruit sublimi dignus honore, gentibus ut pater et populis credentibus esset.	III, 31 III, 32 III, 33
	Huius insigne decus Isaac de corpore natus. hunc genuit Sara, sterilis post tempora longa. hostia prima datus fida patientia plenus.	cf. III, 16 cf. III, 1
50.	Cum geminos Isaac genitor materque Rebecca fudissent terris et patri gratior esset, qui prior exisset Esau quam [qui] ultimus ille, sed tamen humilior habitus, qui[a] nomine Iacob, hunc benedixit enim iustus epulisque paratus,	
55.	dum senior frater uenatus gloria tardat gratia caelesti magnoque priuatus honore. ne liuore malo fratris iuniorque periret, sedibus externis latuit multosque per annos consilioque bono, quod mater cara dedisset.	
60.	occurritque huic dominus tum forma decora temptauitque animos, an possit noscere et ipsum: cum bene sensisset dominum luctando potentem, abstinuit non ante manus, non ante remisit, quam deus omnipotens uellet benedicere seruum.	

41. Eccli. 44,20. Abraham magnus pater multitudinis gentium. — 42. Gen. 12,1. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. — 44. Hebr. 11,8. Fide, qui uocatur Abraham, oboediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem. 9. Fide demoratus est in terra re-
missionis, tanquam in aliena. — 45. Gen. 12,2 et 3. Gal. 4,22 sq. — 48. Hebr. 11,11. Fide et ipsa Sara
sterilis in conceptionem seminis accepit, etiam praeter tempus aetatis. Gen. 21,2. — 49. Gen. 22. Hebr.
11,17. Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur. — 50. Gen. 25,24. — 51. Gen. 25,28. Isaac amat
Esau. — 52. Gen. 25,25. Qui prior egressus est, rufus erat. — 53. Gen. 25,23. maior seruiet minori.
54. Gen. 25,28. Isaac amat Esau, eo quod uenationibus eius uesceretur. ibid. 27,3 et 4. — 55. Gen.
27,30. — 57. Gen. 27,41. — 58. Gen. 28-32. — 59. Gen. 27,42-45. — 60. Gen. 32,24. — 63. Gen. 32,26.
Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

41. III, 29 est Abraham, cuius gnatos nos esse negatis F. I, 134 immensus solus dominus iustusque
bonusque. — 42. genera V, qui primus genere et patria et genitore relicto F. — 43. *uersus pentameter
spiritus*. — 44. successit V, terra] regna F. — 45. tantos dei meruit sublimis dignus honores F. — 46.
populus V. — 47. III, 16 huius Enoch insigne decus F. — 48. Sara V, III, 1 iam genuit quondam sterilis
cognomine mater F. — 49. tempore longo V, cf. 213. — 52. qui *ex uersu sequenti irrepsisse mihi uidetur*. —
53. a *deleui*. — 58. multosque V. *correcit Brandes*. — 60. decoro V. — 61. noscit et ipse V, *correcit Brandes*.
— 63. manus neque ante V.

65.	Iudas et ipse pater, regalis sortis origo, ex quo daces geniti, cuius de semine reges numquam defuerunt, donec uentura potestas gentibus exspectata diu promissa ueniret.	III, 44 III, 45 III, 46 III, 47
	Venditio Ioseph, cuius sine sorde iuuenta,	III, 37
70.	carceris et dura conficta calumnia poena, gloria post gemitus regnique secunda corona inque fame panis tribuendi larga potestas.	III, 38 III, 39 III, 40
	Dux populi Moyses, regis qui limina liquit spernens diuitias, quae florent tempore pauco,	III, 48 III, 49
75.	ceruice subnixa, minis non territus ullis, qui pro tanta fide permagno mirus honore armatus uirtute dei magnalia gessit.	III, 51 III, 53 III, 54
	dum pecus ad montem ageret pastorque benignus, uisibus occurrit confestim luminis ardor,	
80.	factaque uox mira Moysen conterruit ipsum mandatumque dedit, quod gens hebraea teneret. percussit gentem plagis terramque reliquit, confudit regem durum populumque ducabat.	III, 55 (V, 210) III, 56
	calcauit fluctus, hostem demersit in undis,	III, 57
85.	fecit aquam dulcem per lignum semper amaram. cum Christo coram populo manifeste locutus,	III, 58 III, 59

65—68. Gen. 49,10. Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus est, et ipse est exspectatio gentium. Matth. 2,6. — 69. Gen. 37,28. — 70. Gen. 39. — 71. Gen. 41,40—44. — 72. Gen. 41,56 et 57. — 73. Hebr. 11,24. Fide Moyses, grandis factus, negauit se esse filium filiae Pharaonis. — 74. Hebr. 11,26. Maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. — 75. Hebr. 11,27. Non ueritus animositatem regis. — 76. Hebr. 11,24. Fide Moyses grandis factus. — 78 et 79. Ex. 3,1 sq. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, uenit ad montem dei Horeb. 2. apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi. — 77. Deut. 34,12. magna- que mirabilia, quae fecit Moyses. — 81. Ex. 12,3 sq. Hebr. 41,28. — 82. Ex. 8. 9. 10. 11. 13. Judith 5,10. Et percussit totam terram Aegypti plagis uariis. Hebr. 11,27. Fide reliquit Aegyptum. — 84. Ex. 14. Hebr. 11,29. Fide transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram, quod experti Aegyptii deuorati sunt. — 85. Ex. 15,25. Judith 5,15. Eccli. 38,5. Nomen a ligno indulcata est aqua amara? — 86. Eccli. 45,3. et iussit illi (sc. deus Moysi) coram populo suo. Ex. 19,19. Moyses loquebatur et deus respondebat ei. Ex. 33,11. Deut. 34,10.

65. et om. F, ortis V sortis F. — 66. ex quo] unde F, regis V. — 69. uenditio Ioseph V, hunc sequitur Ioseph, foedae sine sorte iuuentae F. — 70. durae conficta calumniae poenam V durae conficta calumnia poenae F. — 73. Moses, qui limina regia liquit F. — 74. diuitias florentes tempore paruo F. — 75. ceruice subnix animis V, subnixa ceruice, minis non territus ullis F. — 76. pro magna- que fide, pro tanto mirus amore F. — 80. Mosin V. — 83. confudit F, ducabat V reducit F, fortasse ducavit rectius. — 84. hostes F. — 85. amarum V amaram F. — 86. cum Christi populo manifeste multa locutus F.

88. cuius de luce nitor acer in ore refulsit.	III, 60
87. conscendit montem, ut legem disceret illic. dum nimium cessat uel detardatur ibidem,	
90. insipiens populus uitulum fecitque malignum: et quia sacrilegus populus peccasset inique, indignatus enim Moyses magnoque dolore proiecit tabulas manibus fractasque reliquit. rursus adest montemque capit tabulas(que) requirit.	
95. acceptam legem per sanctos [dif]fudit in orbe.	III, 61
omnia de Christo, per Christum cuncta locutus,	III, 65
hic probus et magnus uictor in pace quieuit.	III, 66
Iesus, Naue filius, Auses ante uocatus —	III, 67
spiritus hunc sanctus socium sibi nomine iunxit —	III, 68
100. hic fluium scidit (et) populum transire coegit, distribuit terram gnatis promissa parentum et solis cursum statuit, dum uinceret hostem, expulit externas gentes prolemque gigantum.	III, 69
	III, 70
	III, 71
	III, 72
omnia legitime sollempni cura peregit,	III, 74
105. nominis exemplum, Christi uirtutis imago.	III, 75
Quid de iudicibus populi per singula dicam, quorum uirtutes, si conscribantur in unum, uerborum spatiis numerosa uolumina complent? sed tamen ex multis paucorum dicere uitam	III, 76
	III, 77
	III, 78
	III, 79
110. corporis explendi membrorum postulat ordo.	III, 80

88. Ex. 34,29. quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. ibid. 34, 35. —
87. Ex. 24,12 sq. Ascende ad me in montem et esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas et legem ac
mandata, quae scripsi, ut doceas eos. — 89. Ex. 24,18. 32,1. Videns autem populus, quod moram faceret
descendendi de monte Moyses, dixit. — 90. Ex. 32,4. et fecit ex eis uitulum conflatilem. — 91. Ex.
32,7. Locutus est autem dominus ad Moysen dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus. — 92 et
93. Ex. 32,19. Iratusque ualde proiecit de manu tabulas et confregit eas. — 94. Ex. 34. —
97. Deuter. 34,5. — 98. Num. 13,17. Vocauitque Osee filium Nun, Iosue. [*Hic poeta legebat: uocauit-
que Ausem filium Naue Iesum*]. — 99. Deuter. 34,9. — 100. Ios. 3,14 sq. — 101. Ios. 13,7 sq. Eccli. 46,2.
— 102. Ios. 10,13. Steterantque sol et luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Eccli. 46,5.
— 103. Ios. 12,7--24 et 13,12. — 104. Ios. 5,10. — 106. Eccli. 46,13--15. Hebr. 11,32. Et quid adhuc
dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Geleon, Barac, Samson, Iephthe, Dauid, Samuel et prophetis.

87. describeret V, *correati sacram scr. secutus. Versum 87 et 88 transposui.* — 88. de lucentior. actus
in hora V de facie lux et nitor ore F. — 90. inrapiens V, *emendauit Brandes, fortasse maligne melius.* —
93. reliquid V. — 94. montem quae tabulas V, *emendauit Brandes.* — 95. per paucos fudit F, diffudit in
orbem V. — 96. loquuntur F. — 97. uictor in pace V, *que supra uictor additum est a manu altera, cum laudis
pace F.* — 98. at Iesus F. — 100. hinc F, et F *seruauit.* — 101. terra ignatis V terram gratis F,
paterna F. — 102. mutauit V statuit *ego ex Fabricii textu sumpsit: solem cum luna statuit F.* — 103. extre-
mas V externas F. — 101. legitima sollempnia mente F. — 105. uirtus V, *ti supra additum est a manu
altera.* — 108. spzeio F. 109. Attamen F. 110. membrorum, uerborum F.

Ex quibus est Gedeon dux agminis acer in hoste	III, 81
non uirtute sua tutelam acquirere (?) genti	III, 82
certus larga fide signum petit excita mente,	III, 83
quo uel non possit uel possit uincere bellum:	III, 84
115. uellus (ut) in nocte positum de rore maderet,	III, 85
omnis [et in] circuitu tellus siccata iaceret;	III, 86
atque iterum solo remanente uellere sicco	III, 88
hac eadem nocte roraret terra liquorem.	III, 89
hoc etenim signo praedonum strauit aceruos:	III, 90
120. ter centeno equitum numero, Tau littera graeca,	III, 92
armatis facibus et cornibus ore canentum.	III, 93
uellus erat populus ouium de semine sancto,	III, 94
nam terra uariae gentes fusaeque per orbem,	III, 95
uerbum, quod nutrit, ros	III, 96
.	
. iura parentum,	III, 115
125. peccatum uoti uiolenta mente coperuit,	III, 116
pro scelere tribuit famam, pro crimine uitam.	III, 118
Cum uaria fidens Samson uirtute superba	
lustraretque loca, magno cum pondere uidit	
occurrisse feram, ualida quam dextra necauit.	
130. mira fide, postquam congestum (in) ore leonis	
dulce (est) mellis opus gratumque, id repperit ipse.	
huic etiam Samson super omnia corpora uires:	III, 119

111. Iud. 6,12. Dominus tecum, uirorum fortissime. — 112—118. Iud. 6,37. Ponam hoc uellus lanae in area: si ros in solo uellere fuerit et in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam liberabis Israel... 39. Oro, ut solum uellus siccum sit et omnis terra rore madens. — 119. Iud. 7,21. Omnia itaque castra turbata sunt, et uociferantes ululantesque fugerunt. — 120 et 121. Iud. 7,16. Diuisitque trecentos uiros in tres partes, et dedit tubas in manibus eorum, lagenasque uacuas ac lampades in medio lagenarum. — 125. Iud. 11,30 sq. — 127. Iud. 14,5. Cumque uenisset ad uineas oppidi, apparuit catulus leonis saeuus et rugiens et occurrit ei. — 129. Iud. 14,6. — 130 et 131. Iud. 14,8.

111. est] ut F, hostem F. — 113. firmatusque fide s. p. e. menti F. — 114. quod V quo F. posset F bis. — 115. ut V omis., positus V, uellus ut in noctem positum d. r. m. F. — 116. omnis et in circuitum tellus s. i. V, et tellus omnis circum s. i. F. — 117. remanenti F. — 118. noctem V, hoc eadem tellus roraret nocte liquore F. — 120. centenos V, tercenteno equite, numerus Tau littera Graeca F. — 121. facibusque F. — 123. nam tellus F. — 124. *Lacuna in codice V non significatur.* III, 96 uerbum quod nutrit, sed nox est mortis imago F, *ubi iam legendum censeo:* u. q. n. ros est, nox m. i. III, 115 promissum ut staret, soluit pia iura parentis F. — 125. cooperuit V, peccati uotum u. m. coperuit F. *III uersus ad Ieptham iudicem pertinent.* — 126. tribuit V obtinuit F, uitam V laudem F. — 127. *in uaria litterae ar difficiles lectu V, attamen in uineas mutare nolim.* — 129. ualidam V, negauit V necauit manus altera. — 130. posit quam V, in inserui. — 131. dulce mellis opus gratum qd repperit ipse V. est inserui. — 132. nec non Samsonis s. o. e. u. F.

spiritus hoc donum, capiti concessa potestas.	III, 120
uincula nulla uirum uinctum potuere tenere.	III, 123
135. gloria sed postquam capitis submota recessit, occidit atque hostem ultor sua morte peremit.	III, 124 III, 125
Mirificus Samuel, cui reges unguere primum praeceptum, dare chrisma uiris, ostendere Christum.	III, 126 III, 127
talibus in uitae spatio laudabilis egit,	III, 128
140. ut quoque post requiem prophetica dona teneret.	III, 129
Psalmodographus Daud, magnus rex atque propheta, produxit uictor deletis hostibus arcam, passurum Christus cuius se uoce canebat	III, 130 III, 131
sponte, quod ingratus populus sine lege peregit.	III, 132
145. cui deus ex utero fructum promiserat olim prolem sublimi solio suo ponere sanctam: fixa fides domini, quae sponderat, omnia fecit.	III, 133 III, 134 III, 135
Successit patri Salamon, sapientia plenus, qui duram potuit litem discernere matrum,	
150. e quibus una suum nocturno tempore pressit subiecitque suum et saluom transtulit ad se. adferri gladium confestim praecipit ipse, partibus ut matres diuisa membra tenerent. cognouit sapiens et: 'infantem suscipe', dixit.	
155. Aemulus Ezechias, populi corrector inertis, quique coli mandata dei prior omnia iussit, hic moriens lacrimis annos et tempora uitae accepit. merito talem tulit actus honorem.	III, 136 III, 138 III, 140 III, 141

133. Iud. 14,6 et 19. Iud. 13,5. — 134. Iud. 16,9 et 12. — 135. Iud. 16,19. — 136. Iud. 16,28. uinciscar me de hostibus meis. — 137 et 138. I. Sam. 10,1 et 21. — 139 et 140. I. Sam. 28,11—20. — 142. II. Sam. 5,85 et 6,1 sq. I. Paral. 14. 16. 17. — 143. Psal. 21 (22), 1. Psalmus Daud. Deus. deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? ibid. 8. Omnes uidentes me. deriserunt me. ibid. 17. concilium malignantium obsedit me. foderunt manus meas et pedes meos. ibid. 19. diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem. — 145 et 146. II. Sam. 7,12 et 13. Psal. 131 (132) 11: Iurauit dominus Daud ueritatem, et non frustrabitur eam: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Luc. 1,32. Act. 2,30. — 148. I (III). Reg. 3,12. — 149—154. I (III). Reg. 3,16—28. — 155. II (IV). Reg. 18,4. Eccli. 48,19—28. — 156. II (IV). Reg. 18,6. Fecitque mandata eius (sc. domini), quae praeceperat dominus Moysi. — 157. II (IV). Reg. 20,5. Ies. 38,5. Vidi lacrimas tuas: ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos. Eccli. 48,26.

134. uinctum V uinctum F. — 135. captiui mota F. — 136. hostis uictos s. n. redemit F, nltus ego olim. — 137. unguere F, regis V. — 138. chrismam V, dare chrisma, uiros ostendere Christos F. 139. spacio F. — 140. dona V iura F. — 141. rex magnus V magnus rex F. — 142. producit V, delectis V. — Christum V et F, *correxi in Proleg. pag. 42.* — 147. sponponderat V sponderat F. — 151. saluom V, natum V suum ego. — 153. teneret V. — 156. qui coli V quique coli *manus altera* haec olim F.

	Ingenti zelo Iosias rector et ipse.	III, 142
160.	tantum nemo supra nec postea faliter egit. idola destituit, destruxit templa nefanda, atque sacerdotes super aras igne cremavit, ossa prophetarum falsorum cuncta refodit, incenditque aras, adolenda cadauera, lucos.	III, 143 III, 144 III, 145 III, 146 III, 147 III, 148
165.	Nobilis Elias, qui nondum debita mortis gustavit, quoniam rursus uenturus in orbe est; hic infracta fide, populum regemque furentem, militiam domini qui deseruere beatam, uerberibus famis hos ut castigaret amaris,	III, 149 III, 150 III, 151 III, 152 III, 153
170.	sidera conclusit, tenuit in nubibus imbrem. esse deum cunctis ostendit, paruit error: nam madida fluuio super aras hostiae membra de caelo precibus ueniens ui flamma comedit. et quotiens uoluit, totiens ruit ignis ab alto.	III, 154 III, 155 III, 156 III, 157 III, 158
175.	diuisit fluuium, transgressus in auio uenit, sublatus curru paradisi uectus in aula est. Huius discipulus, fortis successor Eliseus, qui duplicem petit Eliae sibi sumere sortem, Iordane percusso pedibus uia facta regressus,	III, 159 III, 160 III, 161 III, 162 III, 165
180.	demersam fluuio releuauit uirga securem.	III, 166

159. II (IV). Reg. 22 sq. Eccli. 49,1—9. — 160. II (IV). Reg. 23,25. Similis illi non fuit ante eum rex neque post eum surrexit similis illi. — 161. II. Reg. 23,24. et figuras idolorum . . . abstulit. ibid. 7. destruxit aediculas effeminatorum. — 162. ibid. u. 20. — 163. ibid. u. 16. — 164. ibid. u. 15 (arae), 20 et 16 (ossa humana), 6. efferri fecit lucum de domo domini foras Ierusalem in conualle Cedron et combussit eum ibi. 15. succenditque etiam lucum. — 166. Mal. 4,5. Matth. 11,14. Ipse est Elias, qui uenturus est. 17,12. Elias iam uenit. — 167. Eccli. 48,1—13. — 167 et 168. I (III). Reg. 18,18. Tu et domus patris tui, qui dereliquistis mandata dei et secuti estis Baalim. — 170. I. Reg. 17,1 et 18,2. Luc. 4,25. In diebus Eliae, quando clausum est caelum. Eccli. 48,3. continuit caelum. — 171—173. I. Reg. 18,21—40. — 174. II. Reg. 1,10 et 12. — 175. II. Reg. 2,8. — 176. II. Reg. 2,11. Eccli. 48,13. — 177 sq. Eccli. 48,13—15. — 178. II. Reg. 2,9. Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. — 179. II. Reg. 2,14. Percussitque aquas et diuisae sunt huc atque illuc et transiit Eliseus. — 180. II. Reg. 6,6. Praecidit ergo lignum et misit illuc natauitque ferrum.

160. super V supra F. — 161. dignis V lignis F lucos *ego sacram scripturam secutus malim quam signa. Post hunc uersum omissus mihi uidetur* III, 148; cf. *infra pag. 14.* — 165. Helias V. morti V. — 166. rursus F, in orbem est V et F. — 167. ergo infracta fides F. — 168. militiam domini V et F, militiamque dei *manus altera.* — 169. Verberibus, flammis castigans hostis amaris F. quos ut V, *correat collato Fabricii textu.* — 170. tenuitque F. — 171. esse deum ostendit cunctis, apparuit error F. — 172. nam madidae partes hostiae, fluuio, super aras F. — 175. fluuium V, et auia fecit F. — 176. uentus V, *correat manus altera.* in aulam est V et F. — 177. Heliseus V et F. — 178. Heliae V, qui duplicem Heliae petiit s. s. s. F. — 180. securim F.

cuius post obitum iam condita membra sepulchro:	III, 170
abiectus quidam mactatus caede latronum	III, 171
ut tetigit costas, renouata luce reuixit.	III, 172
Turba prophetarum tectis sapientia uerbis	I, 33
185. spiritu sancto dei, praesaga uoce locuta (est):	I, 34
Oses, Amos, Micheas, Ioel et Abdia, Ionas,	III, 196
Naum, Habacuc, Sophonias et Aggaeus,	III, 197
Zacharias uim passus et angelus Malachiel.	III, 198
Esaias locuples uates, cui fontes aperti:	III, 173
190. tam manifesta fide uerbum deus ore profudit	III, 174
laetaque per Christum patris est expleta uoluntas.	III, 175
quem populus sectum ligno, sine culpa repertum,	III, 177
inmeritum demens crudeli morte peremit.	III, 178
Sanctus Hieremias, quem gentibus esse prophetam	III, 179
195. aeterna uirtus iussit dixitque futurum.	III, 180
qui quoniam plebis infanda facta reuoluit	III, 181
et fore captiuos, nisi paenitisset iniquis,	III, 182
uincula dura tulit, squalenti carcere clausus:	III, 181
inque luto putei famis hausit tabida membra.	III, 185
200. sed postquam, quae noluerant audire, probauit	III, 186
atque hostes uictum populum duxere triumphis,	III, 187
horrida uix tandem caruit sua dextra catena.	III, 188
nulla morte uirum constat neque caede peremptum.	III, 189
.....	

